



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Impedimentis Matrimonii, Usu Et Divortio

Bosco, Jean a

Lovanii, 1685

Approbatio Theologorum Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73448)

INDEX DISPUTATIONUM.

tamen unus Religionem profiteri, nisi reli-
quus perpetuam continentiam repromittat;
& sit talis ætatis, ut sine suspitione inconti-
nentiæ valeat in sæculo remanere. pag. 794.
CONCL. XVIII. Matrimonio illæso, invalida
est professio unius sine licentiâ alterius; cum
eâ valet: nisi tamen uxor ad Religionem
transierit, aut perpetuam castitatem servare
promiserit, vir potest & debet de Monasterio
revocari, reverurus post mortem ejus.
pag. 800.
CONCL. XIX. Vir in Episcopum ordinari non
potest, nisi uxor Religionem profiteatur.
Ut ordinetur sacerdos, jus commune exigit
solam professionem continentiæ. pag. 811.
CONCL. XX. Vir promotus ad ordines sacros,
remanens in sæculo tenetur alere uxorem:
secus vir innocens adulteram. pag. 819.

FINIS.

FACULTAS

Reverendissimi Patris Commissarij Generalis.

Quinq; Partibus Theologiæ Sacramentalis R. A. P. JOANNIS BOSCO Ordinis
nostri S. Theol. Lectoris bis Jubilati, ac Provinciæ nostræ Germaniæ inferioris sæpius De-
finitoris, publici jam juris factis; cum ad operis eruditissimi complementum, avidè dudum deside-
rata, & expetita plurimum DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIJ, USU, AC
DIVORTIO Pars Sexta necdum lucem aspexerit, quam tum à pluribus Ordinis Theo-
logis, tum à Censore Ordinario, utpotè Partibus prioribus omninò correspondentem, honorificâ
intelleximus donatam Censurâ: ne diutiùs jaceat in tenebris, sed ut Auctoris sui, heu! jam de-
functi! nomen ulteriùs posteritati commendatura, & ad uberes Partium priorum fructus cumu-
lum allatura, quàm primùm videat ortum surgentis auroræ, non permittimus modò, sed & ijs,
quorum interest, in meritum S. Obedientiæ præcipimus & mandamus. Datum Bruxellis in Con-
ventu nostro FF. Minorum Recoll. die 20. Octobris Anni 1684.

* Locus sigilli.

F. JUDOCUS SCAILLET
Commissarius Generalis.

FACULTAS

Reverendi Admodum P. Ministri Provincialis.

Atento judicio VV. admodum Patrum Lectorum Sacræ Theologiæ Scholasticæ, consen-
tio, ut, servatis servandis, prælo mandetur Tomus Sextus Theologiæ Sacramentalis, à
R. Patre, Fratre JOANNE BOSCO, Ordinis nostri, & Provinciæ S. Theologiæ
Lectore bis Jubilato, compositus; haud dubitans, quin eundem studij fructum reportabit, quem
prios editi Tomi retulere. Datum in Conventu nostro Lovaniensi FF. Minorum Recollecto-
rum, die 30. Octobris Anni 1684. sub nostra signatura, officijque sigillo Majore.

* Locus sigilli.

F. COSMAS MEERSMANS
Minister Provincialis.

APPROBATIO

Theologorum Ordinis.

Quod in alijs quinque luci publicæ datis Theologiæ suæ Sacramentalis Partibus pereruditè
præstitit Adm. Reverendus Pater F. JOANNES BOSCO Ordinis Fratrum Mi-
norum Recollectorum Sacræ Theologiæ Lector bis Jubilatus, Provinciæ suæ sæpius Definitor
&c. Id in hac ultima Parte DE IMPEDIMENTIS MATRIMONIJ, USU,
AC DIVORTIO, omnibus numeris absolutâ, confecit accuratissimè. Appendit in state-
ra, & expendit Canones, Leges, Consuetudines, auctoritates: ex his statuendo nunc certitudi-
nes, nunc solidas probabilitates in praxi solida omnium, morali certitudini æquivalentes, Vt illas
obviè, has occurrentiâ exigente, Lector applicare valeat, opus hoc prælo, & luce publicâ planè
dignum censeo. Datum Antverpiæ in Conventu nostro FF. Minorum Recollectorum die 16.
Octobris Anno 1684.

Fr. JACOBUS vanden EYNDEN S. Theol. Lector Jubil. Provinciæ Definitor.
Idem Censeo

Fr. ANDREAS van HOUTEN S. Scripture Lector.
Idem Censeo

Fr. GUILIELMUS van GOORLAECKEN S. Theol. Lector.
Idem Censeo.

F. GEORGIUS de HAZE S. Theol. Lector.